

A  
8



caja 2 A=9 C=5

caja  
CINISA 5

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA	
— GRANADA —	
Ser's	caja 2
Estancie	
Número	8

Handwritten text at the top of the page, possibly a title or header, which is mostly illegible due to fading.

COPIES  
of

COPIES  
of





*[Faint, illegible handwriting in a cursive script, likely from the 18th or 19th century. The text is mostly obscured by fading and bleed-through from the reverse side of the page.]*







50

ASSERTIONES EX VARIIS  
DOCTORIBVS EXAMINATIVE SOLVM PROPOSITÆ.

**F**LORIDVM hortum earum doctrinarum per quas tua gloria leniter fluit, sanctissima Virgo, tuo potissimum nomini consecrare debui mater, & Princeps libertatis meæ. Te in Nazareth, aut Sepphoro conceptam, vt filiam Ierusalem iuxta templum Ierosolymitanum ortam fuisse, ex plurium Romanorum Pontificum sensu cum Damasc. orat. 1. de Natali Virginis, & sancta Brigitta, 5. reuelat. cap. 13. & innumeris alijs arbitrabor. Quo anno ætatis tuæ desponsata fueris propter discrepantes authorum sententias dubitanti. Te exilem in Aegypto vrbes vrribus commutasse ob Herodis formidinem, qui eam prouinciam Romano Imperio subiugauerat antiquorum monumētis illustraui. Te post liminio commorantem in Nazareth annis singulis ter conscendisse Ierosolymam pro religione Azimorum, Pentecostes, & Scenopegiæ, cum magninominis Doctoribus. S. Vincentio serm. 4. infra Dom. octauæ Epiphaniæ. S. Antonino 4. p. lum. tit. 15. cap. 36. Paludan. enarr. 1. infra octauam Epiphaniæ. Bonau. in 2. Luc. & alijs scripsi. Quod toto tempore Euangelij pacis prædicantem filium fueris secuta, Epiphanius, Augustinus, Hildephonsus, Bernardus, & alij apud Castrum in historia, cap. 15. iam olim docuerunt, quibus nunc addo Bonauent. in 8. Luc. Antoninum 4. p. tit. 15. cap. 17. Truxillo ser. 4. post. 1. Dom. Quadrag. Vasquiū 3. par. disp. 122. cap. postremo. Laudauī Anselmi pietatem, qui sub certis limitationibus docuit facilius, & efficacius interdum exorari Deum tuo inuocato nomine, quam Iesu, & de eadem thesi Mendocça differit lib. 2. viridarij probl. 2. sic oratio efficacius impetrat, quam aliæ virtutes quæ digniores sunt, ex Dei benig-nitate, & lege. Clausulas scripturarum instar sacramentalium diuinorum efficaciam quandam habere ex opere operato docuere, plerique Doctores cum Hieron. epif. 34. ad Iulianum, Chrisost. conc. 3. de Lazaro, Ambr. 4. in Lucam, & idem fere dicunt alij pro orationibus Ecclesiæ, cum Ledesma, Caietano, Corduba, & Medina, apud Sanctium lib. 7. consil. cap. 2. dub. 10. propterea nolui tuo sacratissimo nomini diuinis scrip-turis inserto eam virtutem denegare, quæ alijs membris eiusdem sacri textus assignari consuevit. Cum diu-tius Anna, & Ioachimus mortali Christo conuixerint, vt Abul. in 1. & 2. Matth. Patriarcha, Ximenius libr. 2. cap. 241. & alij opinantur, & fuerint eiusdem Iesu domestici, & commensales diutius, quam Apostoli, oc-currat mihi dubium an de celsitudine sanctitatis parentum tuorum, ea probabiliter dici possint, quæ de Io-sepho, & Baptista dici consueuerunt, licet ante aduentum Spiritus sancti fuerint defuncti. Si ita esset, non tibi deesset sanctissima Virgo, alterius virginis Petronilæ Apostolorum Principis filiz prærogatiua, vt eos habeas parentes, de quorum primatu in sanctitate probabilis esse possit opinio. Nunc alia quæ incidenter, vel directè ad tuam gloriam spectant ijs assertionibus proponuntur.

**S.** Augustinus serm. 18. de tempore Mariam, ait perpetuo sodalem fuisse prædicantis, & peregrinantis Iesu. Idem citatus à Michaele Palacios in 3. dist. 24. disp. 4. fol. 259. tomi tertij registri ex Fragentis im-pressis, ait tenebras passionis Domini non fuisse vniuersales. S. Augustinus allegatus à D. Tho. 1. p. q. 61. art. 4. Docet Angelos in Empyreò cælo non fuisse conditos. Idem 2. retract. cap. 20. solis inquit iustis manna omnium saporum differentiam adnutum exhibebat. Idem relatus à D. Tho. 1. p. q. 69. art. 1. ad 2. ait primo die creationis non omnem terram operam fuisse aquis: eius mentem latius illustrat Manuel Zerda Augustinianus, quodlib. 10. Idem citatus à Suar. lib. 6. contra Regem Angliæ cap. 11. docet esse in artyres eos qui tyrannorum persecutiones legitime fugiētes in solitudinibus, aut aquis, aut latronum ma-nibus pereunt: quod idem ait Romanum Martyrologium 22. Decembris die. Celebris eiusdem Augustini præpositio iniuriam facit martyri qui orat pro martyre, intelligitur solum de martyribus vindicatis, seu ca-nonizatis à Bellarm. 2. de purgatorio, Suar. 1. de orat. cap. 14. Nam si martyres sicut, & recens baptizati moriantur, non retractatis peccatis venialibus, de lege ordinaria possunt esse in purgatorio, vt exprimit D. Thomas 3. par. q. 87. art. 1. ad 2. Caietanus ibidem, & omnes Thomistæ. Idem Augustin. 7. de ciuitate cap. 32. Prophetæ, inquit diuinas interdum reuelationes non intelligebant, aut fallebantur existimātes esse Dei oracula, quæ verè non erant. Idem tract. 49. in Ioan. Potest quis esse Propheta Dei, qui est summus gradus Doctorum eminenter, & simul esse inimicus Dei. Quæst. 57. in Exodum, ait lignum proiectum à Moysè in aquas amaras, id ex virtute naturali arcana præstitisse; & similia congerit lib. 21. de ciuit. cap. 2. 4. 5. quæ ostendunt quis esse debeat sensus in opinione plurium Thomistarum adstruentium in corpore Iesu qualita-tes corporeas supernaturales. Idem Augustinus ita expresse ait paruulos recens natos in Paradyso habitu-ros robur membrorum, & expeditum motum, vt dicat Suar. lib. 5. de opere sex dierum cap. 5. nulla explica-tione posse ab eâ sententia eximi. Fortassis idem scripsit Vincentius lib. 6. speculi historialis cap. 66. cum esset Maria trium annorum ita maturo gressu ambulabat, & perfectissimè loquebatur quasi iam esset triginta annorum. Simile quid de sancta Brigitta trienni habetur in Bulla canonizationis Bonifatij 9. Idem Au-gustin. lib. de spiritu, & anima cap. 9. 14. & lib. 7. de Genes. ad liter. cap. 16. negat esse vllam vitam dumtaxat vegetatiuam, & fuit hæc opinio Stoicorum apud Theodoretum 5. de cur. Græc. affe. Vallesij cap. 1. & 4. de sacra Philosophia. Marianæ in 1. Genes. Idem Augustin. 2. retract. cap. 24. ait à se dubitatiuè, & inqui-sitiuè, seu examinatiuè scriptos libros duodecim de Genesi ad literam non assertiuè. In fine eiusdem libri, 2. ait ex suis operibus, quædam fuisse manu propria scripta, alia dictata, alia ab alijs digesta, & conscripta, qui eum docentem audierant. S. Augustinus citatus à Pereira in 25. Genes. arbitratur Iacob duodecim tri-buum parentem fuisse in vtero sanctificatum. Idem 15. de Trinit. cap. 27. & 3. contra Maximin. cap. 14. ait plures locutiones aptari Patri æterno quæ propriæ sunt matrum, verum non absolutè nominandum ge-nitricem, neque tamen idem cõdemnat Augustinus aggregatum si appelletur matripater, vt plures fecere: & per quandam similitudinem sic loquitur Anselmus serm. de Assumpt. allegatus à Paludano in 3. dist. 3. & S. Anto-

ex libro.  
1. et. 2.  
elucidarij

ex varijs  
libris auto-  
ris accen-  
ti Damna  
hæc hinc pro  
positione  
Augustini  
a Censo-  
ribus.

Quæ sunt ante nunguerum. 1. continentur propositiones mala nota assertio-  
ex libro. 1. et. 2. elucidarij

67 Num. 1. proponuntur plures propositiones. 1. Augustini, et S. Anselmi iudiciali-  
ter accusate, et mala nota affecta in censuris contra Patrem Rozam.

Num. 2. pro conservandis sententijs Patrum licet implorare catholice primum, Num. 3.

S. Antonius 4. par. summa tit. 15. cap. 41. dicens nomine Virginis: ego sum mater, & pater eius, quia non  
alium patrem habuit in terris. S. Augustinus citatus à Vasquio tom. 2. in 3. p. disp. 120. ait Baptistam esse  
filium Zachariæ, & Elisabet, qui nunquam venialiter peccavere? Num quid idem dubitativè de Mariæ pa-  
rentibus tractare licebit. S. Anselmus, ex regula, & Ordine S. Augustini in elucidario, ait infantes in Para-  
dyso mox ut nascerentur ambulaturos, & absolute locuturos. Fortassis ideo S. Anton. 4. par. tit. 15. cap. 23.  
ait idem Christum præstare potuisse ex vi compositionis corporeæ; at nunquam expediuit, ut id faceret ex-  
tra consuetam ætatem, quod naturaliter præstare valebat. S. Hildefonus iuxta quosdam professione Au-  
gustinianus, iuxta alios Benedictinus tom. 9. Biblioth. Paris. anno 1624. col. 124. 125. 126. 130. 131. 138.  
139. 140. 142. 178. Mariæ corpus eximit ab omni lege maledictionis, & dicit illi tribuenda, non solum ea  
quæ in Paradyso contingerent alijs feminis ex vi perfectionis intrinsecæ, sed etiam alia quædam illustrio-  
ra. Negat parièti Deiparæ secundarum spurcitiam, & fluxum sanguinis, & sordes: & ait esse superstitiosam  
tractationem, quæ talia imponit Deiparæ. Ait etiam Mariam mundissimam ortam fuisse, & non sicut aliarum  
femellarum.

2 Leo. 4. dist. 20. C. de libellis, ait dicta Hieronymi, Augustini, Isidori, vel cæterorum similiter Doctorum  
magnanimitè esse retinenda, & promulganda ubi non fuerit in contrarium expressa sedis Apostolica defi-  
nitio. Idcirco cum Benedictus 2. Juliano Archiepiscopo præcepisset, ut quatuor propositiones retractaret,  
ubi monstravit primam esse Augustini, secundam Cyrilli, & Augustini, tertiam Ambrosij, quartam Fulgentij,  
retraxit mandatum de retractando, instante Flavio Egicane Rege, cuius auxilium implorauerat Julia-  
nus, ut constat ex Concil. 15. Tolet. & historia Roderici. Similes sententias sanctorum Doctorum pertinaciter  
condemnare temerarium est, & suspectum de fide ex præxi Concilij Constantiensis, ex literis Sixti 4.  
Pij 5. Gregor. 13. & communi Patrum, & Scholasticorum doctrina. Examen doctrinale, seu magistrale ex  
authoritate Apostolica spectat ad Academijs catholicas, & ex iure divino ad Episcopos, & eruditissimos  
viros, ut docet processus Parisiensis scholæ ad finem Magistri sententiarum, Turrecrem. dist. 15. Gerson de  
examine doctrinarum in quinque considerationibus primis, Almainus questione de auctoritate Ecclesiæ,  
& alij innumeri. Aliacensis de auctoritate Ecclesiæ par. 1. cap. 4. ex Isidoro, & Damaso probat singulos do-  
ctos audiendos in prædicto examine, & neminem respiciendum qui audiri postulaverit, atque idem pollice-  
tur, Concil. Trident. sess. 18. circa præstandam benignam audientiam in causis librorum. Ideo sanctè, &  
pie se gessit Julianus postulans, & impetrans à Flavio Egicane Rege, ut ab Episcopis magistratè, seu do-  
ctrinaliter quatuor prædictæ propositiones examinarentur: similem pietatem exerceverunt Carolus 5. &  
Philippus 2. iubentes, ut doctrinaliter, seu magistratè Academia Lovaniensis, & viri alij doctissimi li-  
bros examinarent: ubi autem peracta est censura prædicta, legitime præscripserunt Hispanis fidei quæsito-  
ribus, ut auctoritate iudiciali magistratè, seu doctrinalem sententiã renitent. Similiter licuit Philippo 3.  
Episcoporum, & Academiarum sensum circa celebrem controverfiam de labe originaria missis regijs li-  
teris per Georgium Touar, anno 1617. pro consulenda sancta sede explorare, & habetur ex fragmentis im-  
pressis, fol. 2. tomi septimi registri.

3 Christianissimi Principes sunt extraordinarij Patres, & protectores Ecclesiæ; & commissarij observan-  
dorum Conciliorum, & canonum, & consequenter defensores doctrinarum, quæ illibata in sanctis Patribus  
reperitur, & singulariter executores Concilij Tridentini ab ipso Concilio, & Pio 4. specialiter designa-  
tis, quod pluribus testimonijs probant communiter Doctores, & allegantur à Narbona lib. 2. tit. 4. lege 59.  
gloss. 2. Ideo auctoritatem habuerunt ab initio, & nunc habent ad impediendum ne violentur Conciliorum,  
& Romanorum Pontificum sanctissimæ leges, & ne exterminentur, prohibeantur, aut lædantur doctrinæ  
Patrum, & antiquorum Doctorum sine definitione autentica finali sedis Apostolicæ à Cathedra decernentis.

4 In emergentibus dubijs doctrinalibus tunc solum consultatio seniorum, vel Doctorum viventium locum  
habet, quando nec ex scripturis, nec ex decretalibus, nec ex Patribus, nec ex antiquis Catholicorum mo-  
numentis, aut sanctorum historijs, & exemplis probabilitas, aut veritas doctrinæ innotescit, ut constat ex  
Innoc. dist. 20. cap. De quibus. Idcirco qui produxerit in favorem aliquarum opinionum antiquos Patres,  
aut celebres Doctores Catholicos, eas ipso facto eximit ab omni consultatione. Solum potest fieri examen  
circa allegationes an sint legitime, & utrum adversus illas fuerit aliqua Apostolica à Cathedra definitio.  
Archidiaconus, Turrecrem. & alij in prædictam distinet. S. Antonin. tit. 17. de lege canen. §. 18. & cæteri  
prædictum Innocentij ordinem sequuntur. Laudandus in hac re Aliacensis de auctoritate Eccles. 1. p. cap.  
4. quod vota in controversijs doctrinalibus non debent esse voluntaria, sed ratione, & auctoritate vallata.  
Id fieri nequit auctoribus non examinatis.

5 Sanctum est decretum illud Concilij Trident. sess. 24. cap. 20. de nulla prima instantia ab Ordinario iudi-  
ce auocanda; quod si aliquam propter urgentes rationes, & causas Rom. Pontif. auocaverit, pro executione  
ne admittenda, sit necessarium speciale rescriptum sanctitatis suæ manu signatum. Philippus 2. ut pro-  
tector, & executor Concilij ad instantiam Regnorum legem evulgavit, anno 1593. quæ nunc est 59. lib. 2. tit.  
4. ne vilo modo prædicti decreti violatio permitteretur, & hanc regiam auctoritatem pro executione, su-  
premo Castellæ Senatui commisit. Lege 62. eiusdem tituli, & libri, & lege 81. pro vniuersis clausulis Con-  
cilij Tridentini executioni mandandis similem regiam virtutem, & auctoritatem executricem, eidem sacra-  
lari Senatui demandavit.

6 Vingt tres literæ Apostolicæ, quas dominus Ioannes Alvarez de Caldas compilavit (in quibus conce-  
ditur Regibus Hispaniæ, ut omnes causæ ad Senatui fidei pertinentes in prima, & postrema instantia ibi-  
dem terminentur sine recurfu ad ullam aliam potestatem) licitè expediri poterunt, cum illis clausulis ex-  
pressantibus nullam auocationem similium causarum ad Romanam Curiam vilo prætextu admittendam,  
absque consensu Regum Hispaniæ. Cauendum est ne illos, qui ijs privilegijs sanctæ Sedis se nuntiant, aut  
decretis Synodi Tridentinæ, vel aliorum sacrorum Canonum, & Conciliorum, ut rebelles, vel criminosos  
infamè

quæ Congregationem de indice exallabarunt

infamemus, quem admodum fecere Parisienses nonnulli contra Prædicatores, & Minoritas, de quo dixit D. Thom. opusc. 19. cap. 3. aduersus illos, ad nos ipsos descectatur. Allegat ad hanc rem Doctor Angelicus, caput Omnes, dist. 22. *Qui Romanæ Ecclesiæ privilegium ab ipso summo omnium Ecclesiarum capite traditum auferre conatur, hic proculdubio in heresim labitur.*

7 Ordinarijs Prædicatoribus Verbi Dei ne determinatas personas Catholicas, præcipuè Ecclesiasticas, vel status in Ecclesia receptos, aut legitimè toleratos acerbioribus verbis, obiurgationibus è sacro pulpito vulnerent, aut infament, iubent seuerissimè Concilia; nominatim Senonense, cap. 36. in decretis morum, pag. 167. Colonienfe, parte 4. cap. 8. pag. 186. & parte 6. cap. 13. 15. 16. 17. pag. 190. Augustense cap. 13. pag. 214. Treurense, C. Milsii, pag. 270. Mediolanense, 1. pag. 361. iuxta editionem Colonienfem, anno 1618. quibus succurrunt Concilia generalia, Canones religiosorum cœtuum, Theologi, Summistæ, & Iuristæ, quorum syllabum prælo mandauit Ioannes Piaz Pabattas. Paulus 3. anno 1542. in Bulla quæ incipit *Apostolici culminis* Inquisitoribus iniungit Mediolanenfibz, & à iure cæteris iniunctum supponit, vt similes concionatores plectant seuerissimè, si quando propositiones has scandalosas, pietati, & bonis moribus minimè conformes disseminauerint: & quoniam similes obiurgationes leditiosæ sunt, scandalosa, & viam ad scismata, & tumultus aperiunt, quemadmodum à temporibus Docteciani experimento didicimus, qui cum esset gratissimus fidelibus, propter iurgia Sacerdotum, cõtempfit, & persecutus est Ecclesiam Dei, auctore Eusebio lib. 8. idè sacer fidei Senatus in Hispania nuper seuerissimis pœnis prædictam contionatorum audaciam iustissimè compescuit. Ioannes Ludouicus Viualdus, ex instituto Prædicatorio, tractatu de duodecim persecutionibus Ecclesiæ, postquam numerauit persecutiones Imperatorum, & hæreticorum, & incãtatorum, & Iudæorũ, & scismaticorum, & alias, tandem vndecimo loco, & proximiori Antichristo numerat prædicatores vani loquos, garrulos, affectantes stylum, allegãtes philosophiam, & poesim, mordaces, inflatos rhetorica, & stylo, dicentes subtilia non vtilia, & obiurgatores Principum, Prælatorum, & Ecclesiasticorum, seu verius detractores; atque id latè probat à fol. 226. vsque ad 260. edition. Lugdun. ann. 1512. Succurrit ijs Concil. Tolet. ann. 1566. act. 3. cap. 3.

8 Duplex tantum est correctionis genus, ex communi Theologorum iudicio cum D. Thom. 2.2. quæst. 33. Altera iudicialis est, & hanc solum exercere possunt gubernationes, idest Principes, & Rectores, præmissò ordine iuridico. Hæc interdicta est ordinarijs concionatoribus cum nulla iurisdictione muniantur, sed auctoritatem habeant solum Doctorem. Altera est fraterna, sub qua paterna, tutelaris, & similes aliæ comprehenduntur: hæc etiã interdicta est ordinarijs concionatoribus è sacro pulpito nam ex præscripto Saluatoris omnis fraterna correctio debet esse solitaria inter corripientem, & correptum: non publica in conuentu fidelium. Correctiones aliæ aduersus hæreticos, & Ecclesiæ aduersarios non sunt aduocandæ in exemplar earum quas ad Catholicos destinari licet. Hæretici proximi sunt non fratres: Catholici vero, & proximi, & fratres sunt, & nominantur. Id circo non se muniãt Prædicatores Verbi Dei exemplo correctionum Christi aduersus Sadduceos, & Herodianos conclamatos hæreticos, vel aduersus Scribas, & Phariseos, qui ex Matth. 15. 16. 23. hæretici erant, & iuxta Hieronymum in 16. Matth. Epiphani. hæreses 16. Iosephum 2. cæ priu. cap. 12. & alios: hi tamen quia è suggestu Cathedræ Mosaycæ non disseminabant errores ait Christus, Matth. 23. vt omnia quæcumque ibidem dicerent, seruarentur, & fierent.

9 Cum igitur correctio iudicialis ad gubernationes pertineat, fraterna ad opitulationes, quæ ex Paulo 1. Cor. 12. distincta sunt ministeria ab officio Doctorum, similes obiurgationes aduersus determinatas personas, aut status, non dimanant à Doctoribus quatenus Doctores sunt, quorum munus, ex D. Thom. ibidem, solum est reuelata in Prophetis, & Ecclesia prædicare. In Euangelistis nulla similis correctio Christi reperitur in sermonibus. Solum tres parabolæ Matth. 21. Ioan. 10. continent reprehensiones, verum illæ dictæ extra concionem in disputatione à Iesu, vt Deo, vt Propheta, vt reo. Cæteræ triginta parabolæ nulla obiurgatione armantur. Nouemdecim sunt disputationes Christi in Euangelijs, si quæ sunt cap. 7. 8. 9. 10. Ioannis ad quatuor reducatur: verum illæ sermones non sunt, cum disputare non sit prædicare: in ijs acerbioribus Verbis Christus corripiebat hæreticos Scribas, & Phariseos simul vt Deus, vt reus, vt vindex proprii honoris, vt gubernatio, vt opitulatio. Disputationes nonnullæ Matth. 9. 12. 19. 22. Ioan. 3. 6. 12. nullis armantur reprehensionibus aduersus certas personas.

10 Dum Christus miracula patrabat, in colloquijs extra conciones, Matth. 8. 12. 13. 14. 15. 17. 21. Luc. 9. 13. Ioan. 4. reprehensiones adhibuit, vt operator virtutum, & defensor operum diuinorum, non vt Doctor. Cum Iesus futura contingentia vt Deus, vel alia futura absoluta, vt Propheta prædixit Matth. 11. 12. 16. 21. 24. Luc. 13. Ioan. 4. 7. 8. 9. 10. non vt Doctor, sed vt Deus, vel Propheta loquebatur. Interdum, vt Pater familias extra concionem reprehendit Petrum, filios Zebedei, consanguineos, discipulos, quemdam Scribam, Matth. 8. 16. 20. 26. Luc. 9. Ioan. 7. Verum hæc obiurgationes à Christo, vt patre familias, non vt Doctore dimanabant. In concionibus quæ nec parabolæ sunt, nec disputationes, nec miracula, nec prophetiæ, nec monita patris familias, nec opitulationes aduersus hæreticos nulla est reprehensio Christi aduersus certas personas, & status, vt patet Matth. 5. 6. 7. 10. Marc. 4. Luc. 6. 10. 11. 12. 16. 19. Ioan. 14. 15. 16. 17. Reprehensio quæ habetur Luc. 4. accidit finito sermone, & explicatione Isaïæ, & interminata est à Christo, vt operatore virtutum, & proprii honoris vindice. Plura sunt, & scribuntur à Doctoribus cum docent, vt respirare, controuersias rerum naturalium proponere, historias humanas referre, quæ non præstantur ab ipsis, vt Doctoribus, quemadmodum probat Turrecrem. dist. 9. Idè etiam si quis, vt opitulatio obiurgaret è pulpito, non id efficeret vt Doctor. Reprehensiones Chrysostomi, & aliorum sanctorum Episcoporum contra certos status, & personas cum à iurisdictionem habentibus post plures correctiones fraternas euulgarentur præmissis cæcis reprobationibus, non aduocandæ sunt in exemplar, quod imitari queant ordinarij concionatores nullam iurisdictionem habentes.

In generalibus Concilijs instar registri terniones, & quaterniones codicum sanctorum Patrum in medium produ-

*Ad uim 7. 8. 9. 10. defensio doctrinæ cuiusdam accusate in assertionibus immo in apologijs latinis de non reprehendendis e pulpito singularibus personis aut personis*

*de modis  
cahone*

2. A numero 11 usque ad 20. innumera propositiones doctorum. S. Dominici ex re-  
gestis impressis, quæ quia a Patre Boza sunt scriptæ, eas nonnulli censes damnarunt.

producebantur à Patriarchalibus Bibliothecis, vt de eorum sensu constaret. Licet interdum volumina re-  
gistorum ex fragmentis impressis antiquorum in vnum compilare, & præterea alia manuscripta registra-  
tum fide authentica, ex alijs impressis monumentis coniungere, vt manifestè constet ex controuersis doc-  
trinis quæ reperiuntur in Doctoribus, & Patribus, ac propterea quæ non possint nisi à Sede Apostolica con-  
demnari iuxta dicta numero 4. Extrahimus à primo quinario voluminum ex fragmentis impressis antiquo-  
rum, & ex Doctoribus Ordinis Seraphici positis in registro manuscripto authentico propositiones non-  
nullas. Tomo 1. Registri impressi à fol. 1. vsque ad 7. Turrecrem. dist. 9. hæc asserta probat. Sancti Patres  
tantum de credulitate habent, quantum de certitudine rationis. Non sunt approbata scripta Patrum cir-  
ca controuersias rerum naturalium. Sanctus Thomas, & Albertus sæpè respondent testimonijs Patrum nõ  
loqui assertiuè, sed opinatiuè, & dubitatiuè. Patres, & Doctores non sunt authores propriè nisi eorũ quæ  
dicunt constanter assertiuè. Idem Turrecrem. dist. 15. opuscula sanctorum quæ leguntur in officijs Eccle-  
siasticis solum habent probabilitatem, cui possit contradici aliquando. Libri contra Faustum scripti sunt  
ab Augustino magnà ex parte dubitatiuè non autoritate præcipientis. Dist. 20. quæ allegata sunt num.  
4. docet Turrecrem. Idem tomo 5. registri lib. 4. summæ cap. 17. fol. 114. 115. Auditores inquit diuer-  
sorum Magistrorum tenentium contrarias opiniones nullo modo peccant, etiam si quemcumque se ten-  
tur, in materijs ab Ecclesia non definitis. Id expendit decem conclusionibus.

12. Ex S. Antonino à fol. 12. registri, tit. 8. de peccato originali, quod veti Prophetæ interdum decipian-  
tur. Tit. 17. de lege canon. §. 18. quod de dictis magnorum Doctorum, vt Augustini liceat dubitare. Ibi-  
dem quod in causis doctrinalibus dubijs solum habeat locum consultatio Theologorum, quando non licet  
veritas, aut probabilitas in scriptura, Concilijs, Decretalibus, Patribus, aut Doctoribus. Iterum ex eodem  
S. Antonino tom. 2. registri à fol. 44. titu. 11. de sacræ scripturæ vtilitate cap. 2. §. 2. plures effectus nu-  
merat ex opere operato sacri textus, qui applicantur nominibus Iesu, & Mariæ; cuius sunt partes princi-  
palissimæ. Cap. 4. & 5. numerat varios errores Aristotelis. Cap. 8. grauium Doctorum quasdam repro-  
bandas sententias memorat. Titulo 15. cap. 3. ait se sumere ab Alb. pleraque, quæ scribit de sanctissima  
Virgine. Cap. 10. & 15. quod Maria non ex menstruo concepit, cap. 11. latissimè de pulchritudine Vir-  
ginis, colore capillorum, cutis, &c. quibus succurrit Conradus Rodenberg Benedictinus, lib. de vinea Do-  
mini Sabaot, tractans sub typo botri de singulis membris Deiparæ apud Tritem. Iungit alia quæ possint  
succurrere Mendoçæ in viridario lib. 4. problem. 30. Cap. 13. eximitur ab Antonino Maria à pluribus pec-  
nis corporeis consequentibus primæuum peccatum. Cap. 22. §. 1. fatetur quod in eo opere ex Ioanne Do-  
minici plura mutuatur. Cap. 23. perfectio intrinseca corporis Iesu, quoad vsum memoriæ, & membrorum  
fuit à principio indita. Cap. 37. Maria singulis annis ter conscendebat à Nazareth in Ierusalem pro solen-  
nitatibus templi. Cap. 41. Maria appellatur Pater, & mater Iesu, idest Matripater. Cap. 43. Ipsa perpe-  
tuo est comitata filium peregrinantem, miracula facientem, prædicantem.

13. Ex Paludano in 4. dist. 1. q. 1. fol. 115. tomi primi registri, quod Christus habuerit in suo corpore om-  
nem virtutem motiuam cæli, & omnes virtutes naturales omnium creaturarum corporalium, vt virtus de  
illo exiret, & sanaret omnes. Quod anima Christi omnem virtutem motiuam cæli habuit supernaturaliter,  
quam Angelus habet naturaliter; eum impugnat Salmeron tom. 5. tractatu 2. Ex eodem in 3. dist. 3. à fol.  
11. tomi secundi registri, ex fragmentis impressis Sanctus Remigius, & alij probabiliter in vtero sancti-  
ficati. Sic S. Victor, apud Bernardum serm. 2. & S. Benedictus in Chronico; & S. Nicolaus, & S. Dominicus,  
apud Antonin. 3. summæ titu. 18. Ibidem ex S. Anselmo serm. de Assumptione, refert Mariam appellari Pa-  
trem, & matrem Iesu, idest Matripatrem.

14. Ex Alberto Magno tom. 2. registri, à fol. 136. in 2. dist. 20. in Paradyso non forent menstrua, pollutio,  
sudor; etsi forte esset vrina, & sterces nullam haberent indecentiam, nec fœtorem, nec putredinem. In 3. dist.  
16. absurdum est arbitrari non fuisse corpus Christi perfectius quoad naturam, & temperamenta, corpore  
Adami. In summa de homine tractatu 13. q. 78. dicunt sancti nullam in Paradyso fore immundiciam pu-  
trefactionis, & fœtoris ex alimento, & potu. Tractatu 14. quæst. 83. aliter esset somnus in Paradyso quam  
nunc. Ex eodem Alberto tomo 3. registri, ex fragmentis impressis, à fol. 1. vsque ad 71. in libris de mine-  
ralibus, plura de virtutibus, & qualitatibus occultis mixtorum, quæ mirabiles sunt, & ostendunt, quid potue-  
rint præstare qualitates occultæ corporeæ supernaturales, quas Capreol. Paludanus, Ferrara, & alij conce-  
dunt in corpore Iesu. Lib. 4. meteoror. de digestionem, & indigestionem, de mollificabilibus, comminui-  
bilibus, frangibilibus, scissibilibus, vaporatiuis, quæ monstrant insensibiliter euaporari, & euanescere potuis-  
se sine fœtore in Paradyso, quod terreum erat, vel inconuertibile cibi, & potus. Lib. 4. de animalibus, cap.  
4. refert animalia matripatria habentia vim sexus vtriusque sub vno sexu. Succurrit prædictis Michael Pa-  
lacios tomo 3. registr. à fol. 232. in 2. dist. 19. dicens, quod Adam ex repassione alimenti nunquam debili-  
taretur, & dist. 20. disput. 1. Tactus, & alij sensus puriores in Paradyso quam modo: & alia quæ dicuntur  
ab Alber. super Missus est, tomo 8. registri, ex fragmentis impressis.

15. Ex Sixto Senensi tomo 1. registri, à fol. 21. In prohemio Bibliothecæ, quod ex malitia, & typographiæ  
incuria plura sunt adulterina, & supposititia in monumentis Patrum, vel rescissa, vel mutilata, vel summo-  
ta. Quod quintũ, & sextum librum insunt in referendis locis Patrum, vel caute legendis, vel prorsus vitan-  
dis, vel pie interpretandis, & excusandis. Lib. 4. verbo Aurelius Augustinus, quod non pauca nunc sunt o-  
pera Augustini, quæ nec scripsit, nec dictauit, sed notarij ab eius ore excipiebant inter docendum, vt tracta-  
tus in Psalmos, & Ioannem, vt ipse etiam sanctus Doctor admonuit. Lib. 7. Bibliothecæ, fol. 56. registri,  
& lib. 8. in dissolutione obiectorum, à fol. 63 registri, vsque ad 71. innumera tradit Sixtus circa deprava-  
tionem, & corruptionem librorum antiquorum, etiam in pluribus exemplaribus Bibliorum, quæ probat ex  
Hieronymo. Nec mirum cum Clem. 8. in literis ad initium Missalium, positus dicat intra annos quadraginta  
ab editione prima sub Pontificatu Pij 5. innumeros errores à typographia, temeritate, & audacia, innumera  
pertur-

Accusata  
in autore  
chuidarij  
quæ habet  
Turrecrem  
mata

12  
idem hoc in  
prohemio  
Antonini

13  
et Paludani

14  
et Alberti  
Magno

15  
et Sixti Se-  
nensis

perturbata, diuersa, insolita, commutata, fuisse inuenta in Missalia eiusdem Pij. Plura timeri possunt de antiquioribus monumentis, praesertim Graecorum, de quibus ait Antoninus tit. 17. de lege canonica, §. 18. valde esse corrupta; & firmiter id statuit supra Turrecrem.

16 Ex Cano tomo 4. registri iuxta editionem Salmanticensem. Lib. 5. cap. 4. pag. 17. in re dubia Synodi particulares nil possunt decernere absque generali Concilio, aut Sede Apostolica. Cap. 5. non ex sola multitudi- ne Doctorum melior est iudicanda opinio. Ibidem pag. 184. Concilijs, & Decretalibus non assiluit Spiritus sanctus in singulis, quae primario non intendunt definire, praesertim si philosophica sint. Pag. 188. ex officijs Ecclesiasticis non sumitur certitudo. Cap. 6. pag. 205. & seq. obiter dicta a Patribus, & Concilijs, praesertim in rebus non necessarijs ad fidem, aut historijs humanis interdum sunt incerta. Lib. 6. cap. 8. pag. 230. registri, in Decretalibus possunt esse errores in accessorijs, de quibus non intendebatur definitio, & in ijs quae solum dicuntur opinatiue. Conclusiones generalium Conciliorum errare nequeunt, similiter neque Romanorum Pontificum; rationes tamen, & fundamenta non semper cogunt efficaciter, sed sua- dent. Lib. 7. cap. 2. in pure Philosophicis, vel ad fidem non spectantibus probabile est argumentum ab au- thoritate Patrum, non vero efficax. Cap. 3. pag. 245. & seq. registri, plurium Patrum autoritas in con- trouersijs extra fidem positis inefficax argumentum praebet. Vnius, aut duorum Patrum auctoritas etiam in quaestionibus fidei certum non facit argumentum. Plurium sanctorum paucioribus reclamantibus autho- ritas solum praebet argumentum probabile, non vero certum. Omnium sanctorum auctoritas in quaestioni- bus extra fidem sitis certam non facit fidem, sed probabilem: at in rebus fidei concors illorum mens indubi- ratam, & Catholicam generat sententiam. Lib. 8. similes statuit conclusiones circa auctoritatem Theolo- gorum; haec omnia, & singula tuentur, & scribunt Grabrina tomo 3. praescript. par. 1. Seraphinus Razzius, in Scholijs Cani; Bannes 1. par. q. 1. & innumeri ex eodem instituto, quibus caeteri suffragantur.

17 Ex eodem Cano tomo etiam 4. registri lib. 8. cap. 1. Theologi non pauci quisquilijs Theologiam reple- uerunt; idem scribit Sotus prologo de natura, & gratia. Cap. 4. pag. 269. registri, & seq. ait Canus, quod concors Scholasticorum sententia in rebus ad fidem non pertinentibus sit inefficax, secus si in re graui con- cordent: quod multorum Scholasticorum auctoritas si alij viri docti aduersentur, non plus valeat quam ra- tio ipsorum, vel grauior auctoritas comprobabit. Grauius inuehitur ex Chrisostomo, in eos qui Doctores sui temporis contemnunt, beatificantes solum antiquiores. Cap. 5. pag. 275. quae dicuntur a Patribus, & Doctoribus sub formidine, aut dubitatiue, aut opinatiue non sunt tenenda, vt asserta ipsorum: & quod D. Thomas vt solet verbo *videtur*, & tunc non loquitur, ex propria sententia. Lib. 9. cap. 7. innumera super- flua, & impertinentia nunc in Theologia, & Philosophia tractantur: recenset non pauca. Cap. 9. pag. 301. registri, dicit, nonnulla in contemptum Aristotelis. Probat Philosophiam datam ex gratia, & reuelatione Dei iuxta Apostolum. Lib. 10. cap. 5. late de erroribus Aristotelis, & merito desideratur modus in omni- bus ne accidat, quod Simoni de Torniaci apud Tritemium, qui dum Parisijs nimium sequitur Aristotelem errat in nonnullis. Simile quid accidisse Ecardo refert Tritemius, qui iussu Pontificis septemdecim articu- los retractauit. Ibidem Canus, quod S. Augustinus, & D. Thomas in philosophicis frequenter discordent. Lib. 11. cap. 5. libellus de Natiuitate Virginis apud Hieronymum est fabulosus. Cap. ultimo Iulij Africa- ni historia nonnullis est apocrypha. Lib. 12. cap. 5. rationes Angelici Doctoris non perinde, ac demonstra- tiones sunt defendendae cum non raro etiam in rebus fidei solum congruentijs innitantur. Ibidem pag. 407. Plena est summa sancti Doctoris quaestionum, quae ad fidem necessariae non sunt. Cap. 9. pag. 423. interdum Angelicus Doctor allegat testimonia; vt in alijs inuenit credens esse legitime citata. Opus hoc Cano iam defuncto a supremo fidei quaesitore Ferdinando Valdes, & Ordine Praedicatorum euulgatur pro iudicio in- stituendo circa doctrinas dubias, a iudicibus fidei.

18 Ex S. Thoma in 3. Genes. tomo 2. registri, fol. 127. eiusdem, in Paradyso nulla essent excrementa huma- na foetida, sed quod impurum esset ex alimento, & potu per subtiles euaporationes insensibiliter euanesce- ret, aut esset odoriferum sicut arborum germina nonnulla. Marsilius in 2. q. 12. & 13. a fol. 209. tomi se- cundi registri, vsque ad folium 218. docet sapere, non fore excrementa foetida in Paradyso; & plura ibidem futura in eo statu extraordinaria circa educationem, & motum infantium. Neque haec dubitatiue, aut exa- minatiue loquitur, quod sibi esse familiare, & quasi perpetuum, docet in 2. q. 20. fol. 199. eiusdem tomi re- gistri; sed firmiter, & assertiue. Cauendum est ne similes opiniones Angelici Magistri, qui quam mala censu- ra notet, sicut nec alias similes quarum nonnullas exempli gratia memoramus; 3. par. quest. 44. art. 2. tene- brae passionis Domini non fuere vniuersales simultanee, sed quantum Luna sua naturali quantitate obscura- re valebat: hanc propositionem ait Michael Palacios in 3. dist. 24. fol. 259. tomi tertij registri nostr. ex fragmentis impressis, esse manifeste probabilem; cui praeter Dionysium Areopagitam, Augustinum, & a- lios succurrit Lyra citatus a Gabriele art. 3. partis quartae de compassione Virginis. Similiter quod ait S. Tho. 1. p. q. 69. art. 10. ad 2. problematicè ex Augustino primo die nascentis mundi non fuisse omnem ter- ram coopertam aquis; cui affine ex parte est quod scripsere Hieronymus, Beda Philippus, Sanctus in 38. Job, nullas aquas primo die super terram fuisse, sed omnes vsque ad diem secundum in caernis inclusas, & opertas; quam Hieronymi mentem Complutensis Academia probauit. Haec & similia asserta nemo con- demnare potest, ex dictis numero 2.

19 Ex Caetano opusculo ultimo, fol. 306. 307. tomi secundi registri. Excusat se hic Doctor a varijs quae ipsi obiecebantur, & scandalum generabant in Germania, quod illa non assertiue dixerit, sed dubie, aut o- pinatiue. Ibidem memorat non pauca. Cum Vincentius Veluacensis in speculo naturali, lib. 28. cap. 74. lib. 21. cap. 31. 32. ex Anaxagora, Plinio, & alijs dicat homines, quibus melior est complexio, & valetudo felle carere; cum idem lib. 21. cap. 30. ex Alberto magno, & alijs lyenem dicat esse in animalibus acciden- taliter, non necessario; cum D. Thomas in 2. dist. 20. neget in Paradyso futurum esse sudorem; & 3. p. q. 54. art. 2. auctoritate Augustini ductus ambigat circa fel Christi Domini, & eius receptaculum, tractari solet

10. A num. 20. usque ad 25. exclusiue variae propositiones doctorum ordinis Franciscani, quas quis a parte Pota dicta nonnulli censors condemnauerunt in eius libro

verum de ijs examinatiue, & dubitatiue sine assertione disputare circa corpora in perfectione originalis iustitie condita, sit aliqua censura dignum: singula ex predictis a numero vndecimo plures alij ex eodem Instituto Prædicatorio sestantur.

20. Accusata in autoribus elucida que in meo libro hic est scripsi

In registro Franciscano manuscripto authentico, & à Seraphico Ordine recognito, hæc inter alia plurima continentur, quorum nonnulla habentur tomo 1. & 2. registri ex fragmentis impressis. Ex Alexandro Alensi, a fol. 131. registri impressi, usque ad 190. tomi primi: & fol. 4. & 5. registri manuscripti Franciscani. Parte 2. quæst. 42. memb. 2. art. 1. primam creationem ait fuisse mirabilem non miraculosam; art. 2. & 5. idem arbitratur de incarnatione, & generali resurrectione. Quæst. 89. memb. 3. in Paradyso non esset somnus, nec fumositates grossæ illum cauantes, sed sopor sine latione libertatis sensus ligans, atque hanc ait esse mentem Gregorij, & Isidori. Id si admitteretur in Deipara, etiam si caruisset scientia per se infusa quam interrupisset meritum. Mendocça in viridario lib. 4. problem. 16. citat nonnullos affirmantes etiam sine miraculo Mariæ somnum cum libertate fuisse coniunctum. Quæst. 92. memb. 3. vita plantæ, & embryonis, ait Alensis, non præcedunt rationalem. Quæst. 94. memb. 1. & 3. superfluitates ex cibo, & potu aliter quam nunc sine indecentia admittendæ forent in Paradyso. Quæst. 95. memb. 2. & 3. paruuli in statu innocentie aliquam illuminationem, & scientiam habuissent ab initio; vsu etiam, & motu expeditum membrorum; in ætate tenera sine sede, & stramento cubarent, & foeliciter viverent. Quia sumus inquit in statu caliginis, & perfectionem illam corporum assueti miserijs non penetramus, difficulter hæc mente concipimus. Parte 3. quæst. 1. memb. 1. fortassis si homo non peccasset bruta sine dolore dissoluerentur. Quæst. 23. memb. 2. corpus humanum est de quinta essentia, hoc est de substantia cæli Empyreï; id fuisse ponit de corpore Christi, tractans de eius ascensione; quam opinionem D. Thom. art. 35. opusc. ad Ioannem de Verzellis, ait non esse periculosam in fide, eam tamen falsam arbitratur. Expende summam Alensis ab Alexandro 4. post diligens examen septuaginta Theologorum per litteras Apostolicas fuisse approbatam, vt ait Nitela Franciscana, pag. 44. & Posseuius in Bibliotheca Ideo qui Alensem pro se habet succurrunt ei septuaginta Theologi, & sancta Sedes. Dionys. Carthus. a fol. 167. tom. 2. registri in 2. dist. 20. laudat nonnulla ex dictis memoratis Alensis. Quæst. 1. docet nutritiuam, sensitiuam, & alias facultates imperfectiores esse nunc quam in Paradyso: & expendit quid faciat conceptio in sinistra parte matris ad inuehendum foetum in utero. Nec doleas quod nonnulla ex ijs tractet Alensis, sunt enim necessaria, quemadmodum, nec incensandus est Ioannes de Tambaco ex Instituto Prædicatorio, libro de sensibilibus delicijs Paradyfi similia differens.

21. Item quod ex Scoto hic

Ex editione Scoti Antuerpiensi, anno 1620. in registro authentico Franciscano, fol. 1. 2. & 3. hæc habentur. Ex prologo; quod prodit expurgatum opus ab infinitis mendis; & in primo libro sententiarum quadringenta ad minus loca sint restituta; & additiones multæ adulterinæ sublatae. In vita Scoti cap. 3. quod plerumque nihil asserit resolutiue, sed dubitatiue. In apologia pro ipso dictæ editioni præfixa, ex Castro, & Scoto suspecta de fide est censura, quæ opponitur iudicio ab aliqua, vel pluribus Vniuersitatibus Catholicis recepto. Scotus in 2. dist. 17. quæst. 2. Diluuium non peruenit ad eam terram in qua non erant homines peccatores. Iuxta opinionem Leisij, tractatu de iustitia vindicativa Dei asserentis proxime ante diluuium obligatam hominum vitam, & fecunditatem, vniuersam terram magis fuisse quam nunc habitatam, Paradysus dumtaxat excludetur à diluuiio ex mente Scoti. Iuxta opinionem Bozij tom. 2. lib. 15. cap. 18. sepius acertimè tuentis zonas torridas nunquam ab hominibus penetratas ante aduentum Christi, limitatur Scoti mens, & opinio ad angustiora loca. Christi passioni congruebat, vt pro amplianda illius gloria, zona torrida si olim impertransibiles, & impenetrabiles erant, iam ex tunc pertransiri, & penetrari ab hominibus potuissent. Scotus in 3. dist. 16. principales ait partes corporis Christi, vt caput, manus, cor, & huiusmodi nunquam sunt dimissa. Hæc cum accepta sint è sanguine virgineo, magna materia eiusdem sanguinis sub alia tamen forma in Christo perseverat ex communi Theologorum sententia cum Scoto. Quia tamen corpus Christi in primo biennio è solo Virginis sanguine, & lacte compositum fuit; & de ossibus, & alijs partibus solidis corporis humani in infantia fere per demonstrationem philosophicam conuincitur longissimo vitæ spacio non integrè deuari; tum ex hoc capite, tum ex communi Theologorum effato, indubitanter est in Eucharistia magna pars materiæ sanguinis, & lactis Virginei, sub alia tamen forma substantiali, quæ simul cum eadem materia ad constitutionem corporis Christi pertinet. In alijs reliquijs cadaverum sanctorum circa identitatem, aut suppositionem pendentem ex fide humana, occurrunt dubia interdum, atque formidines, simul cum opinione probabili: sic probabile est magnam partem sanguinis primi genij sine vlla mutatione formæ substantialis ad finem vitæ in homine sano permanere, vt plures opinantur.

22. Item quod ex Scotello hic

Ex Scoto in 4. dist. 43. quæst. 2. Frequenter Aristoteles, & alij Philosophi pro suis assertis non habent, nisi probabiles persuasiones, vel vulgares opiniones præcedentium Philosophorum, vt ait ipse Arist. 2. de celo, & mundo: vnde paræ inquit sufficientiæ semper Philosophis suffecerunt, vbi non poterant ad maiora peruenire: quandoque etiam acquiescebant suis dictis præter rationem necessariam propter assertionem inorum principiorum. Succurrit S. Thom. in 2. dist. 13. 3. ad 3. dicens auctoritates Aristotelis in hoc genere nihil valere, cum non asserat, sed dicat quæ suo tempore erant probabilia. Ex Scotello, seu Ioanne Aquilano in 2. distinction. 20. fol. 8. registri authentici Franciscani. In statu innocentie humano corpori superfluitates non in essent; imò vt admitrat semen pro illo statu, ait illud non esse superfluum: atque id docet licet ibidem opinetur quæst. 1. pueros in eo statu non habituros perfectum vsu membrorum, nec perfectam scientiam. Eodem folio registri ex Nicolao de Lyra, in libro differentiarum veteris testamenti, post finem proponit alphabetum eorum, quæ in pluribus Biblijs vitio scriptorum ex solis nominibus proprijs deprauata sunt, & numerat septingentos septuaginta sex errores per immutationem, additionem, aut detractionem litterarum. Sic tom. 1. Bibliot. Paris. ann. 1624. Academia Paris. permittit opus integrum, posita summa errorum in principio ad prologum. Ibidem in eodem folio registri Franciscani, ex Ioanne Basolis in 2. dist. 20.

et quod ex Scotello hic

et quod ex Lyra

et quod ex Basolis

dist. 20. problematice defendit infantes Paradyſi recens natos habituros statim perfectam vſum membrorum, & intelligentiam perfectam. Idem in 3. dist. 4. ſolam foeminam ait, & non patrem effectiue conuenero ad productionem filij.

23 Ex Ricardo de Mediauilla, in eodem registro Franciſcano authentico, fol. 7. & 8. in 2. dist. 19. problema-  
tice tenet nullum animal moriturum, ſi Adam non peccaſſet, donec omnes electi transferrentur in caelum.  
Dist. 20. ſentit eſſe mentem Auguſtini, libro de baptiſmo paruulorum, quod ſit effectus peccati originalis  
pueros recens natos non habere nunc perfectam vſum membrorum. Idem in quodlibetis quae habentur e-  
tiam tomo 2. registri, ex fragmentis impreſſis, quodlib. 1. quaest. 10. omnis actio nutritiua Chriſti erat ſu-  
pernaturalis. Quodlib. 2. quaest. 28. non tantum eſt licitum religioſis illegitimam violentiam patientibus  
in executione bonorum ſpiritualium, eam vi repellere, ſed hoc facere debent: & generaliter auxilio Princi-  
pum (qui velut extraordinarij patres in ſimili caſu aduocandi ſunt) id licitum eſſe in violentijs illegitimis,  
docuit Vualdenſis 1. doctrinalis fidei, lib. 2. art. 3. cap. 80. fol. 343. tomi ſecundi registri, ex fragmentis im-  
preſſis: integrum opus huius Doctore in tria volumina diuiſum poſt examē peraſum Romae, approbatur  
à Martino 5. literis Apoſtolicis, quae habentur initio ſecundi voluminis de doctrinali fide: idem docet Hen-  
ricus de Gandauo, quodlib. 10. q. 17. fol. 347. tomi 2. registri. S. Antoninus tit. 22. cap. 4. fol. 24. tomi quinti  
registri; Turrecrem. 2. ſumme cap. 102. & 106. fol. 103. 104. eiſdem tomi quinti registri. Caietan. de au-  
thorit. Concilij cap. 27. fol. 100. eiſdem registri. Sylueſter, & Bartholomaeus Fumus, in ſumma verbo Pa-  
pae, fol. 117. & 123. eiſdem tomi quinti registri. Thomas Campegius, de authoritate, & poteſtate Ponti-  
ficis, cap. 25. & alij innumerj. Philippus Faber fol. 10. registri Franciſcani in 3. dist. 3. diſp. 10. cap. 3. quod  
Vio vnam authoritatem Auguſtini aduerſus illibatam conceptum mutilauit, aliam Eusebij Emiſſeni de pra-  
uauit, aliam S. Antonij de Padua ſuſpoſuit. Diſp. 12. cap. vltimo, idem Faber poſt allegationem Concilij  
Trullani denegantis partui Virginis ſordes, & ſecundinas, ait vel Chriſtum non formatum in illis ſecundi-  
nis, ſed alio modo ſupernaturali; vel ſi fuit in eis formatus exiuit extra illas, non eas rumpendo.

24 Ex Nitela Franciſcana Dermicij Thadaei, nomine Religionis Seraphicæ edita Lugduni, anno 1627. fol.  
9. registri Franciſcani, de celebri quodam, ſummoque Scholaſtico Doctore, quem ibi nominat, hæc dicun-  
tur. Ex pag. 36. aduerſus illum poſſunt aliqua decida ab Eccleſia: ex pag. 37. inferior eſt Athanaſio, Cypria-  
no, Nazianzeno, Hieronymo, Auguſtino in authoritate, ſanctitate, laboribus, errorum confutatione, & ta-  
men in horum ſcriptis verſandum non eſt veluti in oraculis diuinarum ſcripturarum. Ex pagina 38. ſi licet  
ab illis interdum recedere, & illi aliquando laſi ſunt, quid ni, & Doctore Magnus Scholaſticus. Ex pag. 39.  
hunc alijs præferre iaſtantia eſt. Ex pag. 40. loci Theologici ſunt ſcriptura, traditio Apoſtolica, definitio  
Concilij vniuerſalis, aut Romani Pontificis, conſenſus Patrum, & Theologorum. Nullus verò eſt locus Theo-  
logicus ab authoritate ſolius illius magni Scholaſtici quem Nitela nominat. Ex pag. 46. in margine hie ti-  
tulus; variae opinioniones in quibus communiter non tenetur magni Doctore ſententia: in corpore paginae  
numetantur exempla vigintiquinque. Quando verò opinioniones nouae probabiliores, quam antiquae euadant  
docet Mendoga lib. 4. problem. 6. Pag. 45. allegatur, & laudatur à Nitela proceſſus Academiae Pariſienſis  
contra Montefonum, qui ad ſinem Magiſtri ſententiarum in omnibus editionibus reperitur, & habetur fol.  
134. tomi 2. registri ex fragmentis impreſſis. In hoc proceſſu Pariſienſi de Doctore à Nitela nuper relato,  
dicitur haberi in eius monumentis aliqua erronea, & aduerſus illa tractatus nonnullos editos fuiſſe. Ibidem  
quod approbatio generalis doctrinae illius Doctore non tollat in ea eſſe errores. Quod ij cum ſanctitate  
coincidant. Quod aliorum Doctore monumenta ſimiliter ſint approbata. Quod in doctrina prædicti  
Doctore nominati à Nitela, & Montefono multae ſint repugnantiae, & contrarietates. Quod aliae doctrinae  
magis approbatae, vt Cypriani, & Hieronymi habeant errores. Quod Magiſter ſententiarum, & compila-  
tio Gratiani leguntur authoritate Apoſtolica, & tamen habent errores. Refert proceſſus ille, nomine alio-  
rum, prædicti Magni Doctore varios errores in Theologicis, & Philoſophicis: & quomodo ediderit o-  
pufculum retractationum. In principio proceſſus dicitur examen non iudiciale, Doctoreale, ſeu Magiſtra-  
le, ſeu conſultium cõtrouerſarum licite impediri non poſſe, nec auferri à Catholicis Academiae ſi inerint  
partes illud legitime poſtulant: item quod Epifcopi, aut Epifcoporum iuriſdictionem habentes in ſuis  
territorijs, finaliter, iudicialiter poſſunt terminare proceſſus doctrinarum.

25 Ex Alſonſo Toſtato à fol. 192. tomi tertij registri. Parad. 3. cap. 21. Chriſtus ordinatiorem complexio-  
nem habuit cunctis mortalibus, & fuit de quinta mixtione ſolus, & probat ex Alb. in parua phifca, quem  
in hoc ab alijs ait Doctore ſuſcipi. In defenſorio 2. par. cap. 81. 82. Eccleſia approbans aliquorum Do-  
ctore ſcripta non facit, vt neceſſario eis fides detur, imò nec vnam illorum proſitionem authenticè ap-  
probat. Cap. 85. ait non captiuandum in ſingulis intellectu ad obſequium Auguſtini. Cap. 86. 87. in Ca-  
lendarijs nonnulla ſunt impoſſibilia, & non omnia quae habentur in Breviarijs ſunt certa. In tract. ſuper Ec-  
ce Virgo, fol. 204. eiſdem registri; ſciebat in infantia Ieſus formare voces, ſed non formabat ne meſtroſus  
videretur. Idem in 23. Deuter. q. 4. ait nonnullas vacationes corporis, quae ſunt de neceſſitate ſingulorũ  
hominum, non fuiſſe in Chriſto quia aſſumpſit naturam qualiter voluit. Idem in 15. & 20. cap. Numer. & 2.  
Deuter. & ſapè alibi ait columnam duſtantem Hebraeos triginta & octo annis immotam ſubſiſſe: quod  
nos ſingulari tractatu ex ipſa ſcriptura, & Doctore ſuſcipimus. Ex S. Germano, de Praſentatione  
Virginis tomo 5. registri, fol. 1. & 2. Maria à tertio ætatis anno intra tertium velum in intimis ſanctis ſan-  
ctorum habitat, & verſatur, & ambroſiam nuttimentum accipit per Angelum, vſque ad ſecundam ætatem.  
Georgius Nicom. encomio de Praſentatione, fol. 3. & 4. eiſdem registri, repetit ſapè proximè dicta à ſan-  
cto Germano. Hæc vt ab ijs, & alijs Patribus accepta recitantur in Breviario Græcorum à ſancta Sede ap-  
probato. Obiectus à nonnullis obex de neceſſitatibus humanis reſultantibus ex cibo, & potu, quae Mariam  
à ſancta illa habitatione repellere debuiffent, multiplicem habet euafionem. Virginis faciliſares, & tempe-  
ramenta ex facultatibus tam extraordinarijs, & diuturni cibi ſumm opere excellēbant.

Abum 29. proſitiones nonnullae Toſtati, S. glumani, exhorum dardina. Ex  
ta nonnullis cenſoribus quod cas Pata Pota in bludario recitantur.

4  
Ricardo  
Et quod ex  
Bishoppo  
Fabro  
Et quod ex  
Nitela  
Circu au  
toritatem  
D. Thomae

Et quod ex  
Toſtato hic  
Et quod ex  
glumani  
Et quod ex  
patri  
bus

26  
arguitur  
Henrico  
Bacone  
arguitur  
Alaba.

Ex Henrico de Gandavo coetaneo D. Thom. a fol. 116. tomo tertij registri, ex fragmentis impressis, quodlib. 14. q. 14. ad inductionem formae hominis non praecedit vita plantae, & embryonis. Quodlib. 15. q. 13. innumera dubitative pro immaculato conceptu Deiparae, & quod primo animatum sit eius corpus vnde dicitur die Ianuarij; & quod sancti Doctores modicum de eo mysterio loquantur, & scriptura nihil: & quod cautissime ambulandum in ijs, in quibus non est autoritas. Hic Doctor saepe loquitur dubitative, vt quodlibet. 9. q. 34. circa ignem corporalem inferni, quoad aeternitatem, & quodlib. 2. vtrum Angelus sit in loco per operationem. In hoc intelligendo deficio sicut in pluribus alijs. Idem in summa art. 7. q. 1. antequam constet de obstinatione Auditorum doctrinae fidei, & ipsius expositio omnibus proponenda. Ibidem quaest. 2. omnia ex scripturis, singulis exponenda iuxta eorum capacitatem. Ex Ioanne Bacone, a fol. 182. tomi tertij registri in 4. dist. 2. varias reuelationes refert, ex quibus clare infertur Mariam octava Decembris die conceptam, & anima rationali instructam fuisse. Ex Alaba cap. 3. de Concilijs, fol. 49. 50. 51. tomi quinti registri ex fragmentis impressis, quod Principes etiam in Concilijs generalibus, & Provincialibus repelli non debeant a consultatione eorum, quae clericis, & laicis sunt communia, vt dogmata fidei, causa matrimonialis, & similes. Idem 1. par. de Concilijs, cap. 10. fol. 124. tomi primi registri, quod Doctores vnius ciuitatis, & Synodus Provincialis possit recusari.

27  
arguitur  
doctores de  
Bacone

Concilium Constantiense, pag. 896. col. 1. in articulis publica praedicationis Ioannis Hus quamquam probati essent nonnulli per quinque, aut sex testes veluti, art. 18. 19. 21. 22. noluit tamen ab ipso abiurari, quia negabat a se praedictos articulos praedicatos, & in publicis conuentibus dicta, totius fere auditorij contestationem desiderant, vt quis aliqua erronea dixisse conuincatur, ex Concilio Beritensi, & Calcedonensi, actione 9. & 10. in causa Ibae. Suarez tomo 1 de Incarnatione, disp. 15. sect. 5. ait plura Concilia, quae allegat, statim Verbum diuinum assumpsisse nostrum corpus perfectum, quale plantauit in Adam. Ibidem disputat. 32. sect. 2. docet Christum assumpsisse optimum temperamentum, seu complexionem humani corporis, quod perfectissimae animae, perfectissimum corpus deberetur; simile quid statuit de pulchritudine. Eius in 2. dist. 20. verisimile ait paruulos Paradyfi habituros ab initio vsum omnium membrorum, vt manibus caperent, pedibus progredierentur, lingua loquerentur; item quod ab ipso ortu vsum aliquem rationis habuissent; Deum & se etiam in materno vtero cognoscerent. Ibidem modum quemdam singularem somni admittit in statu innocentiae. Angles in 2. dist. 20. diff. 8. tribuit infantibus Paradyfi discretionem inter licitum, & illicitum, cognitionem legis diuinae, genuum flexionem proximè post ortum ad agendum gratias creatori. Difficult. 9. & 10. manibus inquit operarentur infantes, pedibus incederent, matrem ambulando sequerentur; sensuum organa imperarent. Bacco in 3. dist. 4. art. 4. probat ex professo Iesum maximè assimilari debuisse matri in personalibus, quia ab illa totum cibum habuit. Ibidem quod in ea nullae fuere maculae, nec humidum superfluum in menstruo. Aegidius a praesentatione Augustiniensis lib. 3. de perfect. accidentali corporis gloriosi, q. 6. art. 1. §. 4. opinatur sanitatem corporis Iesu in vita mortali, saltem pro aliqua parte vitae, aut aequè perfectam, aut perfectiorem fuisse ea quam habitura sunt corpora beatorum in patria. Idem lib. 3. de praeseru. Deiparae, q. 4. ad duas solum paginas 249. 250. septies appellat quemdam in allegandis testimonijs falsarium contra illibatum conceptum: & alium etiam scriptorem grauissimum eodem epitheto notat saepissime pag. 329. 330. Idem tom. 3. de beat. lib. 3. q. 9. praeter tres principales aureolas, alias minus principales numerat: subscribit Suar. disp. 11. de beatit. sect. 3. & ita docent saepe D. Tho. & Abul.


28  
arguitur  
doctores de  
Bacone

Corpus Deiparae ex grauiori Doctorum hominum consensu sublimiorem perfectionem intrinsecam habuit quam Adami, & Euae corpora ante peccatum: propterea quidquid dignitatis, & nobilitatis Adami, & posteris eius si status innocentiae durasset, plures Scholastici concesserunt, excepta protectione extrinseca Angelorum remouente obiecta molesta, id ipsum Mariae tribuendum opinantur plurimi. Multa alia pro corporis, & animae Viaginis originaria iustitia tradita sunt, quae in harum assertionum clausulis ex Doctorum registris ad quinque volumina redactis continentur; & ex alio quinario voluminum, etiam ex fragmentis impressis in simili alio syllabo comprehenduntur: & ex alijs registris sacrorum Ordinum tum manuscriptis, tum impressis, & ex decem alijs chartis excusis huic praesenti similibus innotescunt. Quoniam verò o Sanctissima Deigenitrix, ex afflicto saepe, & merenti animo impendentem mortem timere cogor, non tam ad consolandum fortunam meam, aut vindicandum nomen meum, quam ad asserendam iustitiam originariam corporis, & animae tuae illibatae, & plures Patrum, & Scholasticorum sententias firmandas, primum denarium registorum, & secundum denarium chartarum, & tertium denarium registorum ex impressis manuscriptorum tibi supplex offero, vt si quae pro gloria tua grauissimi Doctores scripserunt veriora sunt, ea praefectis Ecclesiarum innotescant. Quod vixerim, quod in tanta peccatorum multitudine ac pondere consumptus non sim, tuae adscribo misericordiae: te oro ne me supplicem a tua benignitate repellas, & omnes, & singulos qui propter humanitatis, aut charitatis, aut amicitiae, aut iustitiae officium, auxilio me, aut aliquo solatiij genere leuarunt, aut meroris partem in se deriuarunt tum in hoc temporum stadio, tum in aeternitatis sinu reficias, & fortunes. Cum Iacob in vtero sanctificatum fuisse opinio Augustini, Ambrosij, & aliorum Doctorum sit; & de alijs sic graues scriptores opinentur, docui te filiam sanctificatorum in vtero: at nunc haereo anceps, & dubius donec per Ecclesiae praepositos innotescat, quid in hac re optimum sit iudicatu: similiter ambigo de praerogatiua sanctitatis Parentum supra ceteros omnes mortales, vsque dum probarit Ecclesia, quid demum opinandum sit. Cetera, quaecumque a nobis dicta, & scripta sunt a magnis Doctoribus expressè tradita sunt.

apientissimo, & meritisimo D. D. Doctori Didaco Onnate sanctae Valentinae Ecclesiae Canonico, & Regio Sacellano. M. Ioannes Tappia Stobza e coetu minimorum seruorum Virginis. Toleti.

Num. 26. 27. 28. varia propositiones scholasticarum damnatae a nonnullis censuris quia a parte Posa scriptae, et divulgatae.





# POSTULATA

Supplicavit quidam, ut in illis libris, quos exposuit, sicut tantum in  
scriptis, sed et in personis, quod in se invicem vendicanda, ut sit: per hoc  
ut in illis libris, quos exposuit, sicut tantum in scriptis, sed et in personis,  
ut in illis libris, quos exposuit, sicut tantum in scriptis, sed et in personis.

Et ad hoc, quod in illis libris, quos exposuit, sicut tantum in scriptis, sed et in personis,  
ut in illis libris, quos exposuit, sicut tantum in scriptis, sed et in personis,  
ut in illis libris, quos exposuit, sicut tantum in scriptis, sed et in personis,  
ut in illis libris, quos exposuit, sicut tantum in scriptis, sed et in personis.

Per conclusionem subditur: Matriti loco, anno,  
& diebus supra relatis, Doctor Mathias  
de Paces, & Escobar in perillustri, Tolerana  
Academia Primarius Medicinæ Regens,  
& Sanctæ Inquisitionis  
Medicus prior.



*Propositiones*

10

10



55



CAJA  
2-8